




S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

S. Pachomius Abbas. Studium obedientiae regularis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)

ma opu-
cedis qui-
amoribus
edita. Has
que pœni-
o quæren-
iandi, Ca-
proficisc-
at multos
fide vendi
nonnullor-
lluc advo-
in eorum
ic agnitus
t, & fixos
ce ferven-
ententiam
ris famuli,
s Domina
per Ange-
evote: post
a Ecclesia
um sacram



S. PACHOMIUS ABBAS.

Studium obedientia regularis.

Deus, qui per Angelum tuum S. PA-
CHOMIO tradidisti cœnobitici instituti
Regulam; da ut commendata ab eo-
dem obedientia virtus, præcipuo stu-
dio ab eam professis excolatur.

Ora pro Cœnobitis,

☩

Et iniqui-
Dan. 4.

PACHOMIVS Ægyptius, dæmonum hostis futurus, declaratus adhuc infans est. Anno autem 296 in militiam Diocletiani adscriptus fuit adolescens. Hunc cum sociis contigit in Thebaide experiri miram civitatis erga ignotos hospites caritatem; & intelligens, Christianis esse propriam, eorum cœpit adamare religionem. Deinde sacramento militari solutus baptizatusque, Palæmoni cuidam, austeritatis summæ viro in disciplinam se dedit. Postea, cum fratre suo Joanne, solitarius vixit; ac denique, eo mortuo, jam fere quadragenarius, apud Tabennam, superioris Thebaidis vicum, cœpit ex Angeli monitu, secundum Regulam, ab eo sibi datam, colligere socios; cœnobiticæ vitæ, eatenus ignotæ, sic adstringendos, ut ex uno primario monasterio, Palæbaú dicto, plurium procederet gubernatio. Ita factum est, ut, ipso etiamnum vivente, ad 3000 Monachi Tabennosiotæ ab uno regerentur; qui usque ad 50000, ætate S. Hieronymi excreverant. Obiit autem anno 349 æt. 74, prophetiæ spiritu & dono clariorum visionum clarus.

*Audi, fili mi, disciplinam patris tui . . .
ut addatur gratia capiti tuo, & torques
collo tuo. Prov. 1.*